

magis q̄ lucem. Eiusdem. viij. Si non crederitis quia ego
sum. motiemini in peccato vestro. Et eiusdem. xv. Si non
remissem et locutus eis non fuisset: peccatum non haberet
Nunc autē excusationem non habent de peccato suo. Psal.
lx. Gens et regnum quod non seruiert tibi peribit. Matth.
xlviij. Qui non crediderit: condemnabitur. Jo. iij. Nisi q̄s
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest intrare
in regnum dei. 1. ad Corin. xij. Ignorans ignorabitur.

De emendacōe fidei.

Ca. x.

Sequitur de commendatione fidei

Notandū ē q̄ fides multū deo placet: dyabolo mul-
tū displicet. hominī multū p̄dest. De primo Ecc̄. j.
Beneplacitum est deo fides et mansuetudo. hee due virtu-
tes multū placent deo in homine. quia fides deo subiāt intel-
lectum. mansuetudo affectum. Unde dominus hominem fi-
delem et mansuetum diligit quasi suum. fides a deo placet
deo: q̄ sine ipsa nihil placet ei. Hebr. xj. Sine fide impossi-
bile ē placere deo. Om̄s infideles filij ire sunt. Unde Job. iij.
Qui incredulus est filio: non videbit vitam eternam. sed
ira dei manet super eum. Matth. diuine misericordie non respi-
ciunt nisi ubi est fides. Unde propiciatorū non excedit ar-
cham. Exodi. xxxv. Archa significat populum fidelem. quā
propiciatio diuina non excedit. remissio enim peccatorum n̄
est extra fidem ecclesie. Jeremie. v. Domine oculi tui prospici-
ciunt fidem. Ubi amor ubi oculus. Johannis. vj. hoc est o-
pus dei ut credatis in eum quem misit ille. credere in deum
esse speciale opus dei. et quia dei donum. et quia deo valde
acceptum. Nec mirum si multum deo placeat fides: cum ip-
sa p̄imum obsequium faciāt deo. Signum h̄ placēcie est
hoc q̄ dominus tm̄ facit pro fide. Ma. viij. Vade dixit ihe-
sus ceteris: et sicut credidisti. fiat tibi. Jerom. cuiq̄ sicut
credidit: ita fit. fides deo placet etiam sine sacramentis. vt pa-
tet in abraham quia ante sacramentum circumcisiōnis per
fidē deo placuit. Gen. xv. credidit abraham deo et reputatū

Re 269 p̄dest. iudicat p̄dest
p̄dest. iudicat deo placet

fides placet deo. p̄dest. iudicat